

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters.**



Siebenter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1882.

X.

Geschichtliche Handschriften

der

fürstlich Oettingen-Wallersteinschen
Bibliothek in Maihingen

verzeichnet von Philipp Jaffé.

Mitgetheilt von

W. Wattenbach.

Philipp Jaffé hat im Jahre 1858 für die *Monumenta Germaniae* die fürstl. Oettingen-Wallerstein'sche Bibliothek in Maihingen untersucht, welche damals noch ungeordnet war, und die ihm bemerkenswerth erscheinenden Handschriften mit Interimsnummern bis 41 versehen. In den folgenden Jahren 1859 und 1860 hat Th. von Kern für die Sammlung der Städtechroniken die Handschriften untersucht und jene Nummern fortgeführt; er berichtete darüber in den Nachrichten von der Historischen Commission III, 4 (1862) S. 107—135. Das Verzeichnis von Jaffé aber blieb ungedruckt, und es schien die Mittheilung, mit den inzwischen nöthig gewordenen Aenderungen und Zusätzen, auch jetzt noch wünschenswerth zu sein. Die Handschriften, deren werthvollster Theil vorzüglich aus St. Mang bei Füssen stammt, sind mittlerweile durch den Herrn Baron von Loeffelholz vollständig geordnet; die Jaffé'schen Nummern passen nicht mehr, aber die Handschriften lassen sich ohne Schwierigkeit auffinden. Bei einem Besuch im Herbst 1880 habe ich Nr. 27 selbst benutzen können, und Nr. 16 ist mir vom Herrn Baron von Loeffelholz freundlichst hierher gesandt, wofür ich hier meinen Dank ausspreche. Einige andere Hss. verdienen augenscheinlich noch eine genauere Untersuchung.

1. mb. 4. saec. XII. von verschiedenen Händen.

a) *Vita S. Udalrici* auct. Gerhardo; MG. SS. IV, 384—425. 'Aures plurimorum — sine fine in secula seculorum.'

b) 'De convivio: Cum facis convivium voca pauperes debiles — et inam tantummodo habebit pugnam id est cordis'.

c) *Vita S. Columbani abbatis* auct. Jona: 'Dominis — ut de labore obedientiae fructus recipiant vitę eterne'. Mab. Actt. II, 5—29 mit abweichender Endung.

d) *Vita Eucharii, Valerii, Materni*. 'Quamvis — seculorum', wie Acta SS. Jan. II, 918—922.

e) *Vita Vedasti* von Alcuin, ohne den Prolog. Acta SS. Febr. I, 795—799 nebst der Homilie S. 800.

f) *Vita Lupi Senonensis*. 'Sanctorum gesta — et unitate perenni per omnia s. s. amen'. Acta SS. Sept. I, 255 mit anderem Schluss.

g) 'Passio beate Columbe virginis et martyris (Senon.), que passa est sub Aureliano imperatore. Eo tempore cum adhuc mundus — et gloria, virtus et potestas in s. s. amen'. Ebenso Arch. X, 450 u. 631.

h) 'Passio sanctorum Geminorum. Gloriosa martyrum certamina — ut laus eorum celebraretur in Noricorum regione'.

i) Passio Domitillae etc. 'Factum — sepelivit', wie Acta SS. Mai. III, 12. 13.

k) saec. XV. auf angeheftetem Papier: 'Passio sancti Quirini martiris. Sancta fides catholica — Acta sunt hec a. D. 754. 16. Kal. Julii'.

2. membr. fol. saec. XII. Severi vita S. Martini et dialogi. Dann f. 65—85 die Vita S. Udalrici von Bern; f. 85—89v. Vita S. Luce evangelistę; f. 89v. Vita S. Alexii confessoris, f. 93—102 Historia septem dormientium, f. 102—109 Passio S. Barnabae; f. 109—111 'Miraculum sanctę crucis domini nostri Jhesu Christi. Est civitas que vocatur Birithô'

Fol. 112—123 Translatio S. Nicolai. 'Gloriosa sanctorum' etc. f. 124—147 Vita S. Nikolai. 'Nicolaus itaque ex illustri' etc.

Fol. 148—151 'Vita S. Routherti episcopi et confessoris. Tempore Hiltiperti regis Francorum' etc.

3. chart. fol. saec. XV. (Vgl. v. Kern a. a. O. S. 108—110): Eine aus Nürnberg stammende Sammlung von Briefen und Urkunden von verschiedenen Händen aus den Jahren 1410—1490.

Fol. 30—31v. ein Gedicht: 'Anno 1457. Wie König Laszla zu Prag in Beham ward umbgepracht'. Hieraus gedruckt in Liliencrons Hist. Volksliedern I, 497—500.

Fol. 52. 'Anno 1462. De captione urbis Maguncie per ducem Ludwicum nigrum albeg comitem de Sulcz Johannem comitem de Nazaw et N. comitem de Kungstain.

Urbs Maguntina, quam ditant flumina bina,

Turribus et meniis corroborata nimis'

etc. 13 Verse.

Fol. 78. 'Anno 1472. De combustura Ertfordie per insidias procurate (sic) unde et octo rei comprehensi drussineque (sic) sunt necati in urbe prefata. Anno milleno C quater duo septuageno' etc. 25 Verse. Dieselben in Konrad Stolle's Chronik S. 56.

Fol. 96—101: Vom Kölnischen Krieg. Aus dieser Hs. gedruckt in Liliencrons Hist. Volksliedern II, 45—58.

Fol. 101: 'Wie der romisch Kaiser und ander des reichs unttertan sein zu feld gelegen wider Karl herczog zu Burguni vor der stat News'. Aufzählung der Herren und Städte im Reichsheer.

4. membr. saec. XII. Fol. 1—49 Vita S. Magni. Itaque in tempore illo — regnat et gloriatur sine fine' etc. wie bei

Goldast, SS. Alam. (1606) I, 304—317. Daran schliessen sich von anderer Hand des 12. Jahrh. folgende Verse:

(Pip)pinus (re)x. Cautio sit regni Magni cum jure perenni.
(Wi)cterpus Presul eram fautor Magno Wicterpus et auctor,
(ep. Augus)tensis. Quod Pippinus ei dedit hec rex spe requiei.
Weiter folgen noch diese barbarischen Verse:

Hec rationalis Magni manet actio talis:
Sum dominus Magnus super hec, michi quam (sic)
sacer agnus

Pippino rege donante dedit michi lege.
Regalem saltum quem Licus inundat in altum,
Durginbach marcum michi quam traho in arcum,
Quam pro donato possedi jure beato.
Me solo domino cunctos reliquos retro mino.
Est procurator abbas michi juris amator.
Hoc usu fructu qui me colit est sine luctu.
Nec prescriptio, lex aufert michi que dederat rex,
Et prejudicio numquam perdens ea fio

u. s. w. noch 13 Verse.

Fol. 50—66. Martini (Dumiensis?) Formula honestae vitae.

Fol. 66—85. De gradibus abusionis.

5. membr. oct. saec. XII. Vita S. Benigni, Anf. 'Ad magni regis gloriam Reticemus victoriam'. Schluss:

Qui post testes idonei
Per gloriam martyrii
Deo dicarunt animas
Cui laus est in secula. amen.

Fol. 9—16 eine andere Vita S. Benigni von derselben Hand, Anfang: (G)alliarum nobilitas

Insigni cunctis gloria.

6. membr. qu. saec. XII. Passio S. Theopompi episcopi, Vita Hilarii episcopi, Passio Babile episcopi u. a. m.

fol. p. x. (sic) Vita S. Servatii. Prol. Illustrissimi viri vitam Servatii stemmate inclito nati etc. Vita: Trojugenarum metropolis Francorum Tungris etc. Translatio: Translati ad superos Servatii etc. 'Lange Erzählung, wichtig'. Wie sie sich zum Jocundus verhält, ist hieraus nicht zu ersehen.

7. chart. saec. XV. Leben der h. Hedwig, Herzogin zu Schlesien. 'Zu erkennen in etlicher Masz' etc.

8. membr. saec. XII. Vita Treverorum archiepiscoporum Eucharrii, Valerii, Materni. Vita S. Silvestri etc. Fol. 111. Vita S. Remigii: 'Beatissimi Remigii antistitis depositio sancta nobis hodierna'. Also von Fortunat.

9. membr. saec. XII. Annales Ottenburani, MG. SS. V, 6—9. 'Adam anno 130. genuit Seth — (1111) imperatorem efficit'. Scheint das Original der Melker Abschrift zu sein.

10. Ein Miscellanband aus verschiedenen Stücken; enthält

f. 40—46 Vita Lulli episcopi auf 7 Pergamentblättern, manu saec. XII. Anfang: 'Lullus apud Anglos Saxones'. Dann f. 47—66 Gunzonis epistola ad fratres Augienses, auf 20 Pergamentblättern saec. XI. vel XII. Gedr. Mart. et Dur. Coll. I, 294. Dann f. 67: Decreta concilii Lateranensis sub Innocentio tercio celebrati, manu saec. XIII.

11. membr. Necrologium S. Emmerammi Rat. inuentis saec. XII. Enthält die Ann. S. Emm. 1036—1047, die von derselben Hand des 12. Jahrh. am Rand der ersten Blätter hinzugefügt sind. Ausserdem auf fol. 1 von einer Hand des 11. Jahrh. Notizen aus den Jahren 1060 und 1052. Von Jaffé zur Ausgabe benutzt, s. MG. SS. XVII, 569.

12. membr. saec. XIV. Calendarium custodiae ecclesiae majoris Coloniensis. Instructionen für den Custos major des Kölner Doms, worin vorzugsweise Bestimmungen über die Anzahl der an Festtagen zu brennenden Lichter, über die Rechte und Pflichten der Custodie. Fol. 33v. und 43r. liest man für die Geschichte des Kölner Doms höchst interessante Mittheilungen. Von Jaffé benutzt, s. SS. XVI, 730.

13. chart. saec. XVI. Gerit van der Schuyren, Clevische Chronik.

14. chart. saec. XV. Martinus Polonus, fortgeführt bis 1453. Zuletzt: Scriptum per me Johannem Stirner anno Domini 1458. post festum sancti Michaelis archangeli.

15. chart. saec. XV. Acta concilii Basiliensis.

16. (jetzt 1, fol. 191) chart. fol. saec. XV. aus St. Mang. Jaffé verzeichnete hieraus nur die am Ende unvollständige Chronica Casinensis. Diese stimmt genau, auch mit der Verwirrung am Schluss, überein mit der Stuttgarter Hs. aus Blaubeuren; s. SS. VII, 557. Dagegen ist am Anfang von I, 35 nicht, wie dort, eine Zeile ausgelassen, und sie ist also unabhängig.

Am Anfang dieser Hs. befindet sich eine Chronik von Erschaffung der Welt, welche in eine Papst- und Kaiserchronik übergeht, mit ganz conventionellen Porträtköpfen, die sich immer wiederholen; die Päpste nehmen die obere, die Kaiser die untere Hälfte der Blätter ein. Martinus Pol. ist hauptsächlich benutzt. Bemerkenswerth erschien mir nur die folgende Stelle bei dem Kaiser Marcian f. 19:

'Marcianus. Hujus tempore Athila rex Hunorum civitatem Agrippam (sic) id est Coloniā et Parisius ac multas alias in Alemania destruxit. Et post in Pannonia reversus ibique temulentus de nocte suffocatus est, et per suos in scrinio argenteo et deaurato positus et dimersus. Post cujus Athile mortem in Eczelburck fuit bellum Krimheldinum, omnium preteritorum bellorum maximum'.

Den Schluss der Chronik und eine gleichzeitige Fortsetzung theile ich im Anhang mit.

17. Perg. u. Papier gemischt, fol. saec. XV. Vincentii Speculum historiale, lib. 1—6 und 24—31, in 2 Bänden.

18. chart. fol. saec. XV. Enthält

1. Sermo in festo Ottonis episcopi, fol. 1—3.

2. Rithmus de bonis actibus sancti Ottonis, f. 3. Anfang: 'Jerusalem superna, pace fruens sempiterna'.

3. Vita S. Ottonis Babenbergensis episcopi atque confessoris, fol. 3v—38. 'Scripturus vitam', also der sog. Anonymus Canisii.

4. Hystoria beati Hainrici II. imperatoris, fol. 39—50. 'Anno ab incarnatione', also von Adalbert.

5. Cronica fratris Hermannii dictus Gigas de ordine fratrum minorum, geht bis 1349; fol. 51—107.

6. Die Augsbургische Bearbeitung und Fortsetzung des Hermannus Althahensis, s. SS. XVII, 428.

19. chart. qu. saec. XVIII. Gotfried von Hagene, Koelner Chronik. Werthlose Abschrift, s. Städtechroniken, Köln I, 18.

20. chart. fol. saec. XV. Petri Blesensis epistolae.

21. chart. fol. saec. XV. Johannis de Mandavilla Itinerarius.

22. chart. saec. XV.

Fol. 84—169. Chronica, Karl IV. gewidmet. Prolog: 'Vobis domino Karolo de Bohemia, illustrissimo Romanorum regi ac Almanie et Bohemorum, ejus sacratissimo majestatis imperio ac dominationum throno, cui de jure dominia temporalia subjugans, ac olym nepoti bone memorie serenissimi imperatoris Heinrici sexti, ut ne vestra tanta fama et gloria, sicut in pluribus jam, marcescat in futuro, hic hoc opusculum, quod de biblia et multis libris et cronicis tamquam florem sub compendio conpilavi, cum fidelitatis dilectione ac subjectione humiliter represento ac vestre imperatorie majestati. In quo enim opere continentur a principio creationis orbis per ordinem quasi omnia mundi gesta et facta usque tempore vestre serenissime majestatis. Et etiam opera omnium imperatorum et summorum pontificum cum virtute et vicio in hoc opere calculantur'.

23. membr. qu. saec. XI. XII. Martyrologium.

Fol. 37 Fraternität der Klöster Hirschau, Muri, St. Blasien, geschlossen von den Aebten Wilhelm, Uto, Liutfrid.

Fol. 38v. manu saec. XIII. ein Bericht der Aebte Ludewicus de Renhersprunen, Wernherus de Gerrôde, Gerboldus de Nienburch, über eine zu Erfurt abgehaltene Zusammenkunft von Aebten des Benedictinerordens. Acta sunt hec anno ab inc. Dom. 1259, Nonis Maii.

24. chart. fol. saec. XV. aus St. Mang bei Fuessen. Schwabenspiegel.

1. Landrecht, beginnt mit einem zweifachen Register in 12 Theilen, und ist in 369 Kapitel getheilt. Vor dem Anfang: 'Herre himlischer Vater durch din millte gû't steht diese Rubrik: 'Der almechtig got von himelrich uns sôlich synn und wicz verlich ze richten vñ nach disem kaiserlichen bûch, damit mir (sic) lon und nit den flûch verdienen und ewig sâlikeit, des helff uns sin götlich wyshait'. Am Schluss: 'Hie hat das Lantrechtbûch ain ende'.

2. Lehnrecht, auf 22 Blättern, in 84 Kapitel getheilt, beginnt: 'Wer lechen recht chunnen wil der volg des bûchs lere'. Schluss: 'das recht also minnen in der welt und daz unrecht meiden daz wir daz himelreich besitzen. Des helff uns got. Amen. Hic est finis'.

3. 'Da der almechtig got Adam und Eva geschûff' etc. Von der E. — Von dem dritten. — Von der firmung. — Von dem vierden menschen. — Von dem fünften menschen. — Schluss: 'das musz es darnach haben und mag im nit mer enprechen'.

4. Register zum Lehnrecht, worin die Rubriken der 84 Kapitel wiederholt sind.

25. chart. fol. saec. XV. Ein deutsches Rechtsbuch in drei Theilen; das erste Blatt fehlt. Jedem Theil geht ein Register voran. Der erste Theil beginnt: 'Justicia est constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens juris prudente (l. prudentia) est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia etc. Notandum quot tria sunt precepta justicie, scilicet honeste vivere, alterum non ledere, jus suum unicuique tribuere. (Das ist das einzige Lateinische; der Abschreiber verstand es nicht und hat lède und tribue geschrieben.) Man schol wissen daz drew gebot in dem rechten seind darinnen alle recht beslossen seind worden' etc. Der Theil schliesst mit dem Kapitel: 'Von guter gewonheit'. Der zweite Theil beginnt mit dem Kapitel: 'Wen man zu richter seczen schol. — Wen man zu richter seczen schol und seczt, der schol seyn ein byder man und getrew weyser tugentlich man'; schliesst mit dem Kapitel 'Von zcawberer', dessen Ende lautet: 'werden sy dez uber recht also recht ist den sol man das heubt abslahen'. Der dritte Theil enthält das schwäbische Lehnrecht: 'Der lehen recht kennen wil de volge' und schliesst mit dem Kapitel: 'Von zcinsz gelt do (nicht auff zu pfenden ist)', dessen Ende lautet: 'Welcher den unter in auff den tag nicht kumt, der hat verloren, er habe dann ehastige (sic) not etc'.

Das buch hat ein ende, her vater unsern kumern wende.

26. membr. fol. saec. XIV. vel XV. Wie von neuer Hand vorn eingeschrieben steht: Bairisches Rechtsbuch der

4 Söhne des Kaisers Ludwig für das Oberland im J. 1346 verfasst. Rockinger, Vorarbeiten zur Textausgabe von L. Ludwigs Oberrheinischen Landrechten (München 1868) zählt gegen 70 Handschriften auf, aber diese nicht.

27. II, 2 (Lat.) 4^o. 3) membr. qu. saec. XI. Boethius de consolatione, mit Glossen¹⁾ und Anmerkungen; dann f. 57v—112: 'Genera metrorum in librum Boetii quae domnus Lupus in lucem produxit' etc. Auf dem ersten Blatt ist von einer andern Hand saec. XII. (XI?) ein angebliches Privileg des Papstes Nicolaus I. eingetragen, gedr. nach einer Copie im 'Zwarte bouck' bei A. van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de St. Pierre au Mont Blandin à Gand' (1868) p. 18. (Ich lasse den von mir abgeschriebenen Text, der bedeutend besser ist, hier folgen, ohne die zahllosen Fehler der Ausgabe zu berücksichtigen. W.)

Exemplar privilegii Nicholai pape, dati
temporibus Imperatoris Karoli regis magni.

Nicholaus episcopus, servus servorum Dei, fratribus ac filiis nostris apud Blandinium coenobium religiosa conversatione Deo servantibus nunc et futuris temporibus. Quando ad ea quę²⁾ catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda, ita ardenti desiderio divina preveniente gratia succeduntur, ut ab eis ultro poscantur, tanto alacri et læto sunt animo concedenda, quanto ea ipsa quę cupiunt, si nollent³⁾, peti debuerant. Proinde iuxta scripta petitoria filii nostri precellentissimi regis Karoli cum presentia Fulrhadi⁴⁾ venerabilis iam dicti loci abbatis talia suggerentis, privilegium presentis auctoritatis nostrę decreto eidem monasterio nostris futurisque temporibus indulgemus, concedimus atque firmamus, ut sicut olim sanctę recordationis atque sanctissimus⁵⁾ Amandus episcopus, prefati monasterii constructor, a precessore nostro domno Martino, seu a potentissimo et magnifico Dagaberto⁶⁾, necnon Sigeberto, quem prefatus pontifex ex sacro lavacro suscepit, de stabilitate ipsius loci, de villis quoque et facultatibus sive de ecclesiis et ecclesiarum decimis seu de quibuscunque stipendiis specialiter inibi Deo servantium et ecclesię ornamentorum, vel luminariorum ac matriculariorum seu hospitum atque pauperum, sed et de proficuis⁷⁾, sibi ubi et ubi officiarum⁸⁾ instrumentis concessa et indulta noscuntur (sic) tenuisse privilegiorum diversorum regum, et inter ceteras⁹⁾ etiam iuxta

1) Darunter deutsche: YΠATOC, chumistuodal; modos, laiche; fata, missebur; moras, duala; querimoniamque lacrimabilem, chlagelichen vuof; profanum, ungazoganen; opere, stundun; conquesta est, cladoga (cladoga?) u. s. w. 2) So in beiden: es muss heissen 'ad ea, ad quae'. 3) volent facere p. L. 4) Folradi L. 5) gloriosissimus L. 6) Dagoberto rege L. 7) So auch L. proficuis, übergeschrieben: publicis Hs. 8) officiarum L.; leg.: officinarum. 9) cetera L.

huius precellentissimi Karoli regis petitionem et auctoritatem nostra apostolica auctoritate roborantes atque privilegio, uti in predictorum regum suorumque successorum continentur preceptis exinde factis, omnia rata et inconcussa perpetua lege permanere statuimus. Constituimus autem auctoritate beati Petri et domni Pauli, quorum honore prefatum sacratur coenobium, ut nullus regum, nemo praesulum¹⁾ vel abbatum, seu quilibet quacunque predictus dignitate, de his quę in prefato privilegio, seu in preceptis ipsius filii nostri Karoli et aliorum regum ex his quę premisimus factis continentur, vel in futuro ab eo vel a quibuslibet aliis de proprio his specialibus fuerint ablata²⁾, sub cuiuslibet causę occasione sive specie quicquam minuere vel auferre ac commutare, sive ad alium locum concedere vel quippiam temerarie agere, sed cuncta quę prefatis usibus servorum Dei et ecclesie ornamentorum vel luminariorum sive matriculariorum, hospitum et pauperum oblata sunt vel offerri contigerit, perenni iure illibata permaneant. Ordinamus etiam atque statuimus, ut tam vos quam omnes qui in eo quo estis ordine locoque successerint, huius sanctissimę Romanę sedis habeatis iugiter reclamacionem, sub tuitione et gubernatione cunctorum regum Francorum per nostram preceptionem degentes et quiete viventes, nec ipsi reges nec eorum successores cuiquam suorum laicorum sive clericorum, tametsi reverendę personę, prefatum ad regendum praesumant committere, nisi pro ipsius loci arbitrio atque electione sibi competente, salva in omnibus quę huius decreti pagina continentur, auctoritate et honore sanctę Romanę ecclesię et sedis apostolicę privilegio. Si quis autem temerario ausu, magna parvave persona, contra hoc nostrum decretum apostolicum agere presumpserit, sciat se anathematis vinculo innodatum et a regno Dei alienum, cum omnibus impiis aeterno incendii supplicio condemnandum. At vero qui observator extiterit precepti huius, gratiam et misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino Deo nostro consequi merebitur.

Scriptum per manus Simphronii³⁾ notarii regionarii scriuarii⁴⁾ sanctę Romanę ecclesię. Et corroboratum atque subnixum auctoritate apostolica Nicolai suggerente Fulrado inclito abbate, uti fuerat olim petente domno Amando temporibus Martini papę. Acta⁵⁾ anno primo, quarta Kal. April., regnante Karolo invictissimo imperatore, presentata per Tiberium sanctę Romanę ecclesię⁶⁾ [archicancellarium].

Indictione Undecima.

Darauf folgt das Privileg Otto's I. von 966 für St. Pantaleon (Stumpf 401), aus dieser Hs. von Birlinger im Anz. d.

1) Hier ausgeschrieben, sonst abgekürzt. 2) abbatum L.; leg.: oblata. 3) manum Stephani L. 4) scrinionarii Hs. 5) Datum L. 6) Darüber steht in der Handschrift ein durchstrichenes r (require) und das folgende Wort fehlt.

Germ. Mus. 1863, Sp. 166 herausgegeben; eine formata, und das Testament Bruno's von Coeln, Ruotg. c. 49.

Auf f. 2 eine kreisrunde, mehrfach abgetheilte Linearzeichnung zur Veranschaulichung der Himmelsgegenden, mit darauf bezüglichen Versen; eingetragen sind die Namen der Himmelsgegenden und der Winde. Von deutschen Wörtern, zum Theil mit griechischen Buchstaben geschrieben, kommen darin folgende vor: ΩΣΘΑΝ, OSTANSUNDAN, SUNDAN-OSTAN, ΣΥΝΔΑΝ, SUNDANUUESTAN, UUESTANSUNDAN, ΥΥΕΣΘΑΝ, UUESTANNORT, NORDUUESTAN, ΝΟΡΘ, NORDOSTAN, OSTANNORD.

Auf f. 3 stehen die schon von B. Pez, Anecd. I, p. XV, mitgetheilten Verse:

Hunc ego Froumundus librum ecce Colonie scripsi
Atque huc devexi, tibi sancte Quirine decrevi.

28. mb. fol. Ein Blatt von Notkers Bibelübersetzung, hieraus abgedruckt bei Hattemer, 'Denkmale des Mittelalters' II, 532.

29. chart. qu. saec. XIV. Die Wallersteiner Nibelungenhandschrift, vgl. v. d. Hagen im Monatsber. d. Berl. Akad. 1854, April.

30. chart. qu. saec. XV, Jacob von Cessalis Puech von schachzabel.

31. ch. saec. XV. Das püch Raby.

32. Ein Doppelpergamentblatt saec. XIV. aus Rudolfs Barlaam.

33. mb. fol. saec. IX. vel X. Codex Theodosianus. 'Incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani explanati . . . Incipit liber Theodosiani primus'. Bricht ab im lib. Theodos. VIII. 168 Blätter.

34. mb. saec. XIV. vel XV. Lucan.

35. mb. qu. saec. XIV. aus St. Mang bei Füssen. Tractatus de sacramentis, de baltismo etc. Zwei Vorsatzblätter saec. XI. in qu. enthalten Verg. Georg. I, 245—296 und Ecl. IX, 33—X, 14.

36. chart. saec. XV. Zwei Vorsatzblättchen von Pergament saec. XII. enthalten Juvenal VI, 459—470. 476—487. 488—498. 504—514.

37. mb. fol. saec. XII. Canonensammlung. Canones apostolorum, Niceni concilii, Ancyрани, Neocesariensis, Gangrensis etc. Decreta pape Innocentii num. 57, Zosimi n. 4, Bonifacii n. 4, Celestini n. 22, Leonis n. 50, Hilari n. 6 etc. Hormisde, Gregorii n. 17. Darin bricht es ab. Auf der letzten Seite von einer anderen Hand saec. XII. 'Pelagius Tulliano episcopo Gumentino. Litteras caritatis — ieiunia sustinere'. (Jaffé 698.)

38. mb. saec. X. 'Incipit regula canonicorum a Ludovico II. (sic) pio imperatore in subsequentem institutionis

formam utiliter collecta. — Cum in nomine sanctę et individue trinitatis christianissimus ac gloriosissimus Chlodowicus superno munere victor augustus anno inc. domini nostri J. C. 816 ind. 10. anno siquidem imperii sui tercio Aquisgrani' etc. 145 Kapitel. Gedruckt bei Harzheim, I, 430 ff.

39. chart. fol. saec. XIV. vel. XV. 'Tractatus sive speculum genealogye sancte Hedwigis quondam ducisse Slesie'.

40. mb. saec. XII. enthält u. a. Hucbaldi ecloga de calvis, s. N. A. IV, 561.

41. mb. fol. saec. XV. Cesarii dyalogus de miraculis.

Aus der Hs. I, 2 (Lat.) 8° v. 10 hat H. Dr. Schepss im Anz. d. Germ. Mus. 1878, Sp. 87, Wetterprophezeiungen, im Philologus 1877, Bd. 37, S. 562—567 ein Stück über Secundus philosophus nebst Inhaltsangabe der Hs. mitgetheilt; im Anz. 1880, Sp. 144, Nachricht von dem Cod. II. Lat. fol. 1 gegeben, welcher eine Legende von Judas Ischarioth enthält. — Ueber das sehr alte irische Evangelienbuch habe ich ebenda 1869, Sp. 289—293 berichtet; Dümmler 1879, Sp. 84—86 vgl. 144, Verse über die Canones evangeliorum abdrucken lassen. — Einige philologisch-humanistische Handschriften hat Herr Dr. G. Schepss in 2 Programmen der Lateinschule zu Dinkelsbühl 1878 und 1879 behandelt.

A n h a n g.

Der Schluss der oben S. 174 erwähnten Chronik.

A. D. 1455. Kalixtus III. sedit annis 3.

Kalixtus III. insignis doctor utriusque juris, episcopus Valentinus. Hujus tempore multi cruce signati contra Turcos pro recuperacione civitatis Constantinopolitane per Hungariam cum illustrissimo rege Ladislao regem (l. regni) ejusdem, ac illustrissimo comite Ulrico Cilie descenderunt, et nullus principum ad hoc passagium se movit, licet multi artesani et pauperes permoti sunt, et ex illis innumerabiles sunt mortui, nil operantes, et ceteri ad propria sunt reversi.

A. D. 1458. Pius II. sedit annis (6, nachträglich zugesetzt).

Pius II. Hic poeta laureatus, primo in Basiliensi concilio plurimum notus, et tandem Felicis Subaudie (sic) ducis cubicularius, post cancellarie imperiali Sigismundi cohesit; tandem per imperatorem Fridericum ad Terg(est)ensem, post vero ad Senensem ecclesiam, deinde ad cardinalatum tempore Nicolai promotus, et sic novissime ad cathedram sancti Petri usque conscendisse conspiciamus. Hic papa Pius (Zusatz: in Herbipoli) monachos S. Burkhardi fecit seculares canonicos in Herbipoli, que transsubstanciatio multis nobilibus et ignobilibus et doctis non placuit. Successor vero ejus Paulus II. per omnia revocavit. (Zusatz:) Set dyabolo prevalente cum suis satellitibus,

monachis apostatantibus, usque hodie manet imperfectum, a. D. 1468. — Qui¹⁾ Calixtus excommunicavit omnes agentes contra prefatos monachos.

Erste Fortsetzung²⁾.

A. D. 1464. Paulus II. annis 7.

Paulus II. Venetus. Hic approbavit celebrationem festi presentacionis beate Virginis gloriose sicut pius. Hic etiam in signandis petitionibus maturus fuit et justicie tenax, quasi melius foret pauca condonare et ea firmiter servare, quam plura signare et statim revocare. Ipse etiam jubileum mutavit in favorem animarum de 25^{to} (l. 33^{cio}) in 25^{tum} annum; quia habundat iniquitas, superhabundet et gracia. Grande etiam palacium construxit apud Sanctum Marcum, ante cujus complecionem moritur anno Domini 1471, die 21. Julii.

A. D. 1471. Sixtus IV. annis 13.

Sixtus IV. ante cardinalatum fuit generalis in ordine Minorum bone fame et morum. Fuit etiam vocatus ad cardinalatum absque scito suo. Eodem anno orator Bernhardus Justinianus Venetorum recitavit coram eo, quod Turcus abstulisset christianitati duo imperia, quatuor regna, 20 provincias et 200 urbes populumque absque numero utriusque sexus; hortabatur quoque, ut ad resistendum se disposeret.

Zweite Fortsetzung.

A. D. 1485. Innocencius VIII. annis 8.

Innocencius VIII. patria Genuensis octo annis ecclesie presedit; plurimis morbis gravatus, plenus virtutibus et bonis operibus migravit ad Dominum a. D. 1492.

Alexander VI. sedit annos 8, moritur in jubileo.

Alexander VI. nacione Hyspanus, vir omnium astutissimus fuit et magne crudelitatis. Mira enim de eo referuntur et scribuntur, que hic non sunt ponenda. Hic apperuit auream portam Rome in anno jubileo videlicet 1500, que tamen plurimis annis extitit clausa. Prefuit et ipse 8 annis, et moritur in jubileo prefato.

Pius III. presedit paucis diebus.

Post Alexandrum VI. suscepit ecclesiam regendam Pius III, sed quia paucis diebus presedit, ideo nihil memorabile gessit.

Julius II. presedit annos duodecim, obiit 1510.

Julius II. nacione Genuensis, patruus Sixti IV. et ab eo

1) Sic! Dieser Zusatz, vielleicht auch schon die vorhergehenden, etwas früher geschriebenen Worte, scheinen von der Hand des Abtes Johannes zu sein, welcher zu Bonifaz IX. bemerkt hat: 'Sub isto papa Ego Johannes Faucensis abbas cognomine Hasso sum natus'. 2) Die Schrift ist der des früheren Textes sehr ähnlich, auch ist der Name Paulus II. unter dem Bilde, dem letzten der ursprünglichen Reihe, noch von erster Hand. Die Rubricierung fehlt von hier an.

cardinalis creatus, vir fuit bellicosus et magnus potator vini. Stragem maximam cum militibus suis contra exercitum cesaris Maximiliani, scilicet milites hastatos id est lantz knecht, prope Ravennam Italie civitatem fecit, in propria persona ibidem presens, barbam longam rufam et terribilem habens, armis bellicis indutus. Cumque sic depictus cesari Maximiliano presentatus fuisset, dixisse fertur: 'Videtis amore Dei, quam bene Christus ecclesiam suam super ebrioso isto sacerdote, et super me paupere venatore posuit'. Delectabatur enim cesar plurimum in venacionibus. Iste Julius milites hastatos excommunicavit, sed postea iterum eos absolvit. Presedit annis duodecim, obiit a. D. 1512.

Leo X. presedit 10 annis, moritur 1521.

Leo X. Julio successit, nacione Florentinus de familia Medicorum exortus. Sub eo incepit heresis Lutheriana pullulare in Germania, quam exterminare cupiens bullam acerrimam et plenam fulminibus excommunicationum etc. ad principes Germanie misit, ut vel sic Lutherus cum sua cohorte a male ceptis opinionibus deterreretur; sed hiis nichil moti in suis erroribus perstiterunt et adhuc persistunt. Fertur quod idem Leo propter nomen suum novem leones irrationabiles foveret et aleret in urbe Roma. Instante igitur mortis sue tempore novem predicti leones successive mortui sunt; qui cum moneretur ut disponderet domui sue, quia signum esset quod ipse Leo decimus post eos mori deberet, [qui] parvipendens admoniciones, in brevi post eos obiit. Presedit autem decem annis, et mortuus est a. D. 1521.

Hadrianus VI. presedit uno anno cum dimidio, moritur 1524.

Post obitum Leonis electus et creatus est Hadrianus VI. cardinalis Dertutensis¹⁾, quondam preceptor Caroli V. imperatoris. Hic nacione Cimbricus fuit, vulgariter Utrisch, ex Germania inferiori. Non fuit in Urbe, quando electio de eo celebrata est, sed absens in Hyspania, ita quod vere credebatur electus ex instinctu spiritus Dei. Scripsit in cardinalatu commentaria in quartum librum Sententiarum. Scripsit in papatu contra Lutherum quedam, presertim breve quoddam doctissimum ad Fridericum Saxonie ducem. Hic non mutavit nomen suum juxta morem summorum pontificum, sed baptismale nomen retinuit, eam fortasse ob causam, ut quidam volunt, quod sicut Carolo Magno imperante Hadrianus pontifex ecclesie preerat, sic ipse Carolo quinto, quem quidam maximum vocant, imperante Hadrianus sextus ecclesie voluit preesse. Presedit anno uno cum dimidio. Septuagenarius obiit plenus operibus bonis a. D. 1524.

Clemens VII. nacione Florentinus de familia Medicorum,

1) Sic! Er war Bischof von Tortosa.

licet non de legitimo thoro natus, filius videlicet fratris Leonis X, a. D. 1524 in mense Octobri ecclesiam gubernandam suscepit. Hic dispensacionem dedit abbatibus et monachis ordinis S. Benedicti per provinciam Moguntinam, quod vesci possunt carnibus tribus diebus in hebdomada, eciam in refectorio, anno pontificatus sui primo.

A. D. 1273. Rudolphus imperavit.

Rudolphus comes de Habsburck a Gregorio X. in concilio Lugdunensi pro futuro imperatore est confirmatus. Hic erat devotus et pacificus, contra malos strenuus. Eo tempore Otakar rex Bohemie Austriam, Stiriam etc. occupavit, quas in manus regis Rudolphi resignavit. Bohemiam et Moraviam de manu regis per sceptrum et gladium in feudum suscepit. Post tamen hoc per inductionem uxoris sue revocavit, quapropter ipse cum suis circa Marcham in bello per Rudolphum occiditur. Hic Rudolphus dedit filio suo Alberto Austriam. Postea idem factus est rex Romanorum.

A. D. 1292. Adolphus imperavit a. 6.

Adolphus comes de Nassawwe per electores uniformiter eligitur et Aquisgrani coronatur. Et electio ejus a papa approbata. Tamen Albertus dux Austrie, filius Rudolphi, postea ex inductione domini Maguntini cepit regnum Romanorum aspirare et in bello Adolphum occidit.

A. D. 1299. Albertus dux Austrie imperavit a. 9.

Albertus dux Austrie, filius Rudolphi de Habsburck, monoculus, distortus et avarus, sed audax et fortis, quem papa confirmare noluit, scribendo: 'Occidisti et insuper possedisti'. Hic multos habuit filios, quos in principatibus suis investivit, et adversarios sibi faciens favorabiles. Hic prodiciose occisus est a Johanne duce Swevie, fratris sui filio.

A. D. 1308. Hainricus VII. imperavit a. . . .

Hainricus VII. comes de Luczeburckg, filium suum Johannem ad regnum Bohemie promovit et relictam virginem filiam prioris regis tradidit in uxorem. Hic post sacramenti suscepcionem per poculum calicis est intoxicatus: noluit ad consilium medicorum venenum versis pedibus expellere, dicens gloriosius velle mori et sic Domino spiritum commendavit. Post Fridericus dux Austrie quorundam electorum habens vocem aspirat ad regnum, (contra) quem Ludwicus dux Bavarie bello prevaluit Fridericumque captivavit, (qui) eidem Ludwico cessit.

A. D. 1328. Lodowicus imperavit a. . . .

Lodowicus Rome per senatorem Romanum seu Urbis prefectum est coronatus, et intrusit quendam fratrem Minorum, Petrum de Corbario, pro papa, qui vocatus est Nicolaus V. Qui Lodowicus cum intrusit (sic) fuit per Johannem papam

excommunicatus, eo quod imperator noluit plura regna sedi appropriare. Hanc excommunicationem Benedictus et Clemens confirmaverunt.

A. D. 1346. Karolus marchio imperavit a. . . .

Karolus marchio Moravie, filius Johannis regis Bohemie, in perniciem Lodowici imperatoris procurante papa Clemente VI. in regem Romanorum est electus, et mortuo Lodowico ab eodem papa est coronatus. Illo tempore maxima pestilencia in toto orbe est exorta, que duravit per sex annos, ita quod tertia pars totius humani generis deleta fuit, et multe civitates deserte fuerunt. Maximus eciam terremotus factus est, ita quod civitates et castra corruerunt. Idem Karolus habuit tres filios, scilicet Wenczeslaum, Johannem et Sigismundum. Wenceslaus successit patri in regno Bohemie, qui eciam electus fuit in regem Romanorum, sed depositus propter heresim Hussitarum, que tunc temporis invaluit in tantum, quod omnes adjacentes provincias eciam remotas flagellavit propter peccata hominum. Qui sequaces Wicleph asserebant, quod de necessitate salutis esset accipere sacramentum eukaristie sub utraque specie. Hec pessima heresis duravit multis annis (Zusatz des Abtes Hasso: et hodie hew durat scilicet a. D. 1473). Hic Karolus quiescit Prage in castro. (Zusatz: tempore meo vixit. Dazu, vielleicht von Hasso: ille hereticus.)

A. D. 1400. Rupertus dux Bavarie, comes palatinus Reni, regnavit a. 11.

Deposito Wenczeslao rege ab electoribus electus est Rupertus. Hic benedictionem imperialem non fuit adeptus, tamen in rebus bellicis strenuus fuit et in defensione oppressorum sollicitus. Hic cum exercitu magno intravit Ytaliam pro imperiali benedictione, sed impeditus per ducem Mediolaniensem cum magno decremento suorum ad patriam est reversus. Hic reliquit quatuor filios, scilicet Ludwicum, Johannem, Ottonem, Steffanum. Tandem in Openham moriebatur et in Haydelberg honorifice in ecclesia collegiata sancti Spiritus sepultus.

A. D. 1411. Sigismundus imperavit a. 26.

Sigismundus post electionem in regem Romanorum multa bona pro ecclesie unionem in concilio Constanciensi procuravit, eciam personaliter ad diversa regna pro concordia trium, scilicet Petri de Luna, Gregori et Johannis se transtulit, quorum quilibet se pro summo pontifice gerebat. Hic a. D. 1433, feria secunda ante carnisbrivium ab Eugenio in imperatorem est coronatus, et dehinc festinaliter ad Hungariam in Posonium descendit. Deinde ad Pragam pro unionem Bohemorum cum ecclesia ascendit. Sed nichil valens proficere, infirmus inde exivit, et in Znoyma est mortuus, et ad Posonium sollempniter per principes, scilicet Albertum, ducem Austrie, et Cristofferum, ducem Bavarie, ac multos prelatos et barones plurium regno-

rum est conductus, et postea Bardini sepultus a. D. 1437 in die conceptionis virginis Marie.

A. D. 1438. Albertus II. a. 1 m. 8 rexit imperium.

Albertus dux Austrie, gener Sigismundi, Posonii statim post mortem Sigismundi presente funere in regem Ungarie electus, et postea in die circumcisionis Domini anno ejusdem 1438 Albe est coronatus, et eodem anno per electores imperii in regem Romanorum est electus, et postea ipso anno in regem Bohemorum electus et coronatus. Hic erat princeps magnarum virtutum et pietatis, et strenuus circa ecclesiam Romanam, et contra Bohemos ac Moravos pro fide catholica viriliter agens. Hic post suscepcionem predictorum regnorum ad vota baronum ad partes inferiores exercitualmente contra Turcos processit, ubi magnis infirmitatibus circumventus, scilicet dissenteria, dimisso exercitu ascendens et in Nesmyl villa scilicet Laugendorff est mortuus et Albe tumulatus a. D. 1439 in vigilia sanctorum Symonis et Jude apostolorum. Reginam, scilicet dominam Elizabeth relinquens pregnantem, que postea peperit filium in castro Gummaron, quem Ladislaum nominavit, et eum coronatum Romanorum regi assignavit. Hiis temporibus multe gwerre in regno Hungarie sunt exorte inter barones et prelatos.

A. D. 1440. Fridericus III. dux Austrie, imperavit a. . .

Fridericus III, dux Austrie, in regem Romanorum est electus, et postea Aquisgrani coronatus. Anno vero Domini 1452 in dominica Letare, que fuit 19. mensis Marcii, per Nicolaum V. in imperatorem Romanorum similiter est coronatus in Urbe etc. una cum consorte sua, filia regis Portigalie¹⁾ nomine Leonora. Que obiit a. D. 1467°. Prefatus Fridericus recepit se ad Augustam a. D. 1473° et 74°. (Andere Hand:) Contra quem se erexit dux Burgundionum cum duobus centum milibus armatorum, qui possedit civitatem Newsz.

Fortsetzung.

A. D. 1486. Maximilianus dux Austrie, Friderici tercii filius, est electus in Romanorum regem²⁾.

Et postea in imperatorem. Qui vir fuit valde devotus et religiosus, cultum divinum ubique ampliavit, religiosos et doctos viros valde amabat et frequenter secreciora cum ipsis colloquia tenebat, ut testantur libri, oraciones et epistole ad eum scripte. Per totam vitam suam provincias et civitates imperii perlustrans, raro in uno loco diutinam moram traxit, sed ad instar

1) Der folgende Satz ist zugesetzt von derselben Hand, welche zu Pius II. den ersten Zusatz machte. 2) Das Bild ist von anderer Hand, ebenso die Unterschrift; die folgende Erzählung ganz gleichmässig von humanistischer Hand geschrieben, von welcher auch die letzte Fortsetzung der Papstgeschichte herrührt.

peregrini mundum pervagans cuncta perlustrabat. Pacificus fuit, mitis et pociens, adeo quod nonnunquam sua benignitate inimicis suis causam prestitit rebellionis. Tempore suo cruce de celo cadunt et alia insignia passionis Christi. Philippum habuit filium et Margaretham ex Maria Burgundiana. Philippus autem Hispanie regis filiam uxorem ducens, Karolum et Verdinandum filios ex ea habuit, sed immatura morte preventus obiit in Hispania. Maximilianus autem post multa preclarissima gesta et adversa tollerata devotissime et christianissime obiit in Austria, in Civitate nova sepultus, anno etatis sue 61, regni sui 33, anno vero Domini 1519, 12. die Januarii.

Cesar Maximilianus valde liberalis fuit et magnificus, hancque consuetudinem habuit, ut quociens declinaret ad oppidum Faucense, semper dispensaret cum abbate et conventu super esum carniū, dans gratis suis sumptibus propriis bovem vel duos, juxta quod sibi competere videbatur, cibans nichilominus conventum ex coquina sua, et potans ex cellario suo. Et cum a. D. 1516 hospitaretur in castro Faucensi, descendit ad domum domine Gossenbrottin ibidem se balneans, ac interim ordinans ut totus conventus coram eo appareret. Expectantibusque fratribus omnibus in ambitu, venit imperator pedestes ex domo Gossenbrottin, transiensque per ambitum versus ecclesiam, singulis fratribus manum tamquam amicus amico porrigebat, quam et singuli (prout decens erat) deosculabamur. Deinde fecit sibi missam seu officium decantari per fratres de octava commemorationis sancti Benedicti. Ecce quanta humilitas et devotio hujus piissimi imperatoris! Germania talem nunquam habebit.

Karolus, Philippi regis Hispanie filius, Maximiliani cesaris avunculus (sic) et ipse archidux Austrie etc. a. D. 1519 ab electoribus Franckofordie circa festum penthecostes in imperatorem eligitur. Ceperat jam pullulare et succrescere Lutheriana heresis in Germania, quam exterminare volens edicto strenuissimo inhibuit, ne quisquam huic heresi adhereret aut faveret. Sed quia imperator ipse Hispaniam repetere coactus est, ideo nemo fuit vel saltem paucissimi ex Germanie principibus, qui edictum hoc exequeretur. Unde Lutherus vires assumens omnes infecit. Est autem iste Karolus inter imperatores hujus nominis quintus, quem etiam quidam Karolum maximum vocant ob amplissimum dominacionis ejus titulum. Hic duxit uxorem Loliopam, Heinrichi regis Anglie filiam.
